Anno mundi. 6691 Anno xpi. 1492.

Linea ſummoꝝ pontificū
Alexander ſextus

ALexander ſextus papa. natione hyſpanus: ex valentia ciuitate rhodoric⁹ boria antea vocatus. epus portuenſis. Vacante ſede poſt obitū Innocētij octaui. oīm ſuffragijs hoc anno pontifex creatus. Et ad. s. ioannē lateranēſem. xxvi. die auguſti. corona papali decorat⁹. Vir magni animi. magneq; prudentie. Is in adoleſcentia bononie ſtudijs litterarū operam dedit. gymnaſiūq; illud ſcolaſticū non paucis annis celebrauerit. Qui adeo virtutum gloria. ⁊ diſciplinaꝝ laude. ⁊ adeo ſingularꝫ ac oīm reꝝ ornamento dotatus. vt Calixt⁹ tercius pontifex ſummus ſedatis ſuo tempe ytalie rebus. cum nouem cardinales creaſſet. Et eneā ſenenſem in cardinalem aſſumpſiſſet. Duos quoq; ex ſororib⁹ eius nepotes. cardinales creauit. L. ioannē cognomento milanū ex ſorore nepotem. ⁊ rhodoricū hūc boriam. cuius vtutis ⁊ glorie liquidiſſimū documentum extitit. φ adhuc adoleſcens inter reuerendiſſimos ⁊ excellentiſſimos cardinales conſtitutus. Vel etiam φ nō multo poſt vicecancellarij locum ſortitus Voꝝ oīm ſcientia preditus ⁊ expientia refertiſſimus. vere deſignādus ⁊ euocādus fuit. Qui fluctuantē petri nauiculam gubernaret. Et ſi herilis ⁊ regia ipſius faciei dignitas preſe ferre videatur. Tamen in primis accedit nobiliſſima eius natio hyſpanienſis. Inter ceteras vniuerſe terre ꝓuincias aeris ſalubritate tempata. oīmq; reꝝ copia ⁊ bonitate precipua. viros ꝓgenerās. q̄ ⁊ corporis agilitate. ⁊ ingenij acrimonia. ⁊ oīm virtutum gloria ſummi clariſſimiq; ſemp extitere. Dehinc eximia eius valentia ciuitas. que ⁊ ſui antiquitate ⁊ ſitus pulcritudine ⁊ viroꝝ copia. Et oīm mercimonioꝝ genere lōge reliquas hiberie ciuitates antecellit. Nec non ⁊ illuſtris boriarū familia. que eum peperit. Qui vere nationem patriamq; ⁊ familiā illuſtrauit. Et recolende ac beatiſſime memorie auunculi eius Calixti ſemp emulator. litteralis diſcipline. ſcientiarūq; peritia. ⁊ optima viuendi ratio. adeſt humanitas illa inclita cū auctoritatis ratione ſeruata. optimū ⁊ ſalubre conſiliū. adeſt ⁊ pietatis cultus. ⁊ oīm reꝝ cognitio. que tā inclite dignitati expedire aut vſui eſſe poſſint. Felix igitur tot virtutibus exornatus. In tam altiſſimi magiſtratus culmine collocatus. a deo optimo bene meritus. Speramus igitur eum vniuerſo generi xpiano profuturum. Et per rabidos itinerum amfractus. perq; ſublimes ⁊ periculoſos ſcopulos tranſmigraturum. ſemitam tandem affectatam feliciter occupaturꝫ. Poſtremo ne longiori ſue laudis cōmemorationi aliquos defatigari ꝯtingat. Ceteri ſequentes eius acta laude digna perſoluant. Hic pontificatu ſuſcepto maieſtatem cum auctoritate augere conatus eſt. Et ſi in principio ſui pontificat⁹ aduerſitates ſentiat. Magna tñ aīo ꝯcepit. Benigniſſim⁹ de⁹ ſua gr̄a donet. vt ſingl'a ad vtilitatē ac cōmodū reipub. xpiane ꝓſequatur

GEnus hominū calamitoſuꝫ iudei. ⁊ ſi ſupioribus tēporibus in pleriſq; locis germanie ac alijs prouincijs. diuiniſſimuꝫ ſacramentum. varijs temptationibus. moleſtijs. ac erroribus indigniſſime tractarunt. precipue ī Vratiſlauia patauia ⁊ ratiſpona ⁊c. nec impune hoc flagitiū inultum fuit. Nouiſſime anno ſalutis 1492. die. 22. menſis Octobris. in oppido Sternebarch ſub dominio principuꝫ magnopolenſiū auxilio petri ſacerdotis. Eleazar iudeus et complices. ſacramentū corporis chriſti. per hoſtiam maiorem et minorē obtinentes. has perforarūt. ⁊ cruor illico proſilijt quo lintheum precinctum ruborem accepit. Quo miraculo territi ad Petrum deferūt. Principes autem illuſtres balthaſar ⁊ magnus fratres re comperta cum veſtigia vulnerum (que remāſerāt) cernerēt. iudeos cum maieſtatem xpi contemſerint ac religionem illuſerint concremari fecerūt. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguū. Nec dubitet quiſq; primarias creaturas. nutu diuine potētie. preſentia ſumme maieſtatis in dominici corporis tranſire poſſe naturas. Quid eñ ei poſſit eſſe difficile. Cui facile fuit hoīem (vt premiſſum eſt) de limi natura figurare. Imaginem etiā ſue diuinitatis induere. Cui promtuꝫ eſt eū rurſum reuocare de inferis. reſtituere de perditione. reparare de puluere. de terra in celum leuare. ⁊ figmentuꝫ ſuū in regni ſui conſortio ſublimare. Ut qui corpus noſtre fragilitatis aſſumpſerat. nos in corpus ſue immortalitatis aſſumat. Ad quam glorioſam reſurrectionem pijs nos operibus preparare dignetur. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen.